Quantum ad primū sūt tres conclusiones. ¶ Prima q̄ sacerdos tenet̄ celebrare [...] qua sacerdos: licet non teneat̄ confessionem audire [...] sare: aut sacra alia ministrare: nisi ratione cure vel alicuius officij: non ratione sacerdotij: quia illud respicit corp° mysticū: licet ēt ipse non teneat̄ sacerdotiū recipere q̄z est sacramētum volūtatis nō necessitatis. postq̄ aūt recepit tenet̄ celebrare: q̄z tenet̄ non i vacuū gratiā dei recipere. Et qui non bene vtit̄ acceptis indignus est acceptis [...] aūt maria gr̄a quā sibi deus fecit p manus in p[...] p̄sbiteri: z vane h3 si non vtit̄ ad finem ad quē est. [...] q̄uis ista ratio non sit demōstratio: q̄z minores ordines [...] pōt sine mortali ꝯhere cū corrupta vl̄ vidua. z sic [...] gratia ordinis sibi facta. Dicit aūt Tho. q̄ tenet̄ [...] pcipuis z q̄bus fideles cōicant ex. de cele. mis. ca. Dolentes referimus. vbi rephendit̄ q̄ aliqui vix quater in anno celebrant: z precipit̄ talia corrigi. Unde nisi ter vl̄ plurimum celebrēt puta paschate pētecoste. z natiuitate dñi. z assumptione beate virginis: z festo omniū scōꝝ: quando [...] licet religiose z cōuersi cōicāt peccāt cū plus debent propinq̄re do q̄ alij. ¶ Scda ꝯ est. de adiuuante [...] glo. q̄ debet sp̄ si pōt hr̄e ad minus duos assistentes [...] di. i. c. Hoc quoq̄ statutū est. q̄z dicit: dñs vobiscum [...] fratres pluraliter. z pluralis locutio duoꝝ numero est [...] ta z nō paucio. ib°. Sed in necessitate sufficit vnus [...] sicut etiā ad iungendū isirmū debent p̄les sacerdotes [...] uenire si hr̄i pñt. Uñ Iac. vlt. Infirmat̄ q̄s in vobis i[...] ducat p̄sbyteros eccl̄ie z c. qd̄ in collegijs seruat̄. Sed si sacerdos nō possit p̄les hr̄e: sufficit q̄ cū vno clerico [...] ex. de vboꝝ signi. Quesiuit R°. S3 q̄z ꝯsuetudo ē optima legū interpres. z Augu. dicit. Q[...] mos erat crimē [...] q̄z cōis ꝯsuetudo est i missa vnū assistentē sufficere. [...] sufficit. sicut oli epō celebrāte ꝯbebāt adesse p̄les sacerdotes q illo deficiente possent supplere. z eadē rōne de [...] sacerdotibus. 7. q. i. c. illud. z. c. nihil. Qd̄ q̄z ꝯria cōsuetudine abrogatū est: nō obseruātes trāsgressiōis reos nō [...] it. 4. di. c. In istis tpalibus. Mulier aūt sacerdoti [...] ti ministrare nō oz: nō solū mām ꝓparando qd̄ nec [...] cere debet nisi sit subdyaconus. s3 nec iuuare i aqua [...] bus. Sed vir ad hoc oz adesse: extra. ꝯ cohabita[...] Sed viro iuuāte mulieres a longe in choro r̄ndere [...] z sic iuuare: non tñ altari appropinq̄re: nisi offerēdo [...] cādo vt layci. ¶ 3a ꝯ est. q̄ p̄les pñt sil̄ celebrare: z eandē hostiā ꝯsecrare: z licitū ē vbi hoc est de ꝯsuetudine. [...] de electione. Cū sicut. Sed difficultas de modo videtur in q̄ōne quarta huius distinctionis.

Quantū ad scdm̄ sūt etiam tres ꝯclones. ¶ Prima q̄ missa debet de die celebrari: nō de nocte q̄z missa pertinet ad tempus gr̄e qd̄ p diem significat̄. [...] nox precessit dies aūt appropiquauit. Et xp̄s dicit lux mundi. Uñ oi die debet missa celebrari i ecclesijs [...] atis: de cele. mis. ca. Lum creatura vt sit iuge sacrificium agni imaculati: nisi i parasceue: q̄z nec i triduo mortis [...] celebrauerūt. Et si celebramus in sabbato sacto: ad [...] refert̄. In parasceue aūt sacerdos communicat corpus [...] sanguini. sed vino perfusionis qd̄ non fit sanguis [...] etiā corpus sicut dictū est supra. Illo ergo die ñ celebrat̄ nihil conficit̄. Duabus autem noctib° licet celebrare [...] natiuitatis dñi q̄z media nocte clamor factus est ab ang[...] ecce sponsus venit: z xp̄s nat° est tunc. Item i vigilia [...] apud aliquas ecclesias. ¶ Scda ꝯclo ē q̄ hora p[...] missa celebrari q̄z tūc xp̄s stetit ante preside[...] z [...] luceseit q̄z tūc fecerūt consiliū ꝯtra eū. vnde et [...] sextā vel nonam misse nō solēnes possunt celebrari [...] aūt tertia quādo sp̄us sc̄tus descendit z xp̄s [...] fixus ēt sexta quādo manibus crucifixus est [...] tangit: in ordinibus z i quadragesima solenis mis[...]

celebrare. Nō dz āt dici missa nisi ab eo q dixit matutinas: cū ē . . . ɔsuetudo ecclie gnālis: licʒ possit ante audiri: ɔ . . . pma missa natalis: q̄ de ɔsuetudie dr añ laudes. Si . . . ɔsuetudo ē vel gnālis vt . . . monasteriis dr missa matutinal añ pmā. Et qñ ɔ vbi mos erat crimē n̄ . . . nec reprobauerit.

¶ Tertia ɔ̄ ē de dispensatōe circa hoc q2 cardinales alīn ex dispēsatōe pape celebrāt añ dié. Et sic dic glo. de puileg. c. vlt. . . . Epi itinerātes ante dié pñt celebrare: ne i via im pediaf. Silr p cōicando ifirmo si alr viaticū nō hēatur vr ee hō . . . dié ee cū n̄ sit . . . sepe decipiaf aut credit nō eē meridiē cū sit ɔ̄uis ex vna parte videaf . . . exponit ex alia tñ si deuo tio exponit ɔ alr . . . celebrare nō pt vel here excusaf . . . Dies āt artificial . . . Sʒ ieiuniū cōprehendit dies nale a media nocte icboando. Abstinētia āt a missa pp po lutionē . . . ab hora . . . vt p . . . 24. horas . . . ante mediā noctē siue post: . . . in ieiunio q2 si . . . añ mediā noctē comedit . . . pncipio di ei celebrare . . . Si āt statī post mediā noctē comedisset nō posset ēt post nonā celebrare.

Circa 3m sūt silr tres ɔ̄nes. ¶ Pria. q nō licet celebra re nisi i ecclia ɔsecrata. nisi de licentia epi vel su pioris aut i nccītate. Sʒ i nulla nccītate licʒ in naui i mari vel sup fluuiū celebrare: vbi pbabilr de effusione sanguis timeƒ pp agitationē nauis. Sʒ non hñtib⁹ ecclias licʒ po ē⁹ celebrare sub diuo: aut i domib⁹ puati : . . . tñ nccīa alia hñani . . . missas pdere: qñ nō pt licentia peti ab epo. In tali. n. nccītate dat papa licentiā. Et qdē vbi sunt ecclie ɔse crate . . . capellis . . . sub diuo aut in tentoriis li cet: de ɔsecra. di. i. c. Cōcedimus ɔ c. seqnti. In exercitu ēt . . . q2 . . . piculū mortis imminet. Sʒ a pncip⁹ si ɔmode pt licētia ab epo petēda est. Nāq̄ . . . sine nccītate . . . celebrare lʒ nisi epo pmi serit: de ɔsecra. di. i. c. Missas. In capellī āt puatis licʒ ora re: sʒ nō celebrare: nisi epo ɔcedente: de ɔsecra. di. i. c. Uni cuiq̄. Un pʒ q nō licʒ i aula i camera in ifirmaria altaria erigere ɔ celebrare: nisi epo cōcedente. ¶ Pñt āt pdicato res ɔ minores puilegiū vbicūq̄ fuerit sup altare viaticuʒ celebrare. Un ɔ sine licētia epi possunt. Als illō puilegiuʒ nihil opareƒ: cū epo posit hoc cuilibt ɔcedere. ex. de puile le. a. In his. Et ē argumētū q si hñt puilegiū audiēdi con fessiōes . . . sine licētia curatoʒ ɔ diocesanoʒ. Als nihil opareƒ clausula vl puilegiū. Pñt igiƒ i ifirmaria cōi ɔ i cameris puatis ifirmoʒ altaria erigere ad libitū. Item exepti nō debēt oratoria facere in locis exēptis vel nō exē ptis sine licētia epoʒ. . . . sine licētia factis non dʒ celebrari. nisi habe āt sup h puilegiū spale de puileg c. Au ctoritate. li. 6. ¶ Scda ɔ̄ est. q nō dʒ celebrari i ecclia ɔse crata si sit destructa icēdio vel ruina nisi fuerit iterū ɔsecra ta supple nisi i casu i quo ēt liceret sub diuo vel i loco non ɔsecrato . . . dubiū ē an sit ɔsecrata dʒ ɔsecrari sic q2 certū ē q fuit ɔsecrata lʒ tñ nūc ē destructa ita q pncī pales cī⁹ ptes nō manet. puta parietes vel ali⁹ manetib⁹ li gneis edificiis destructis ɔ tabla altaris mota vl enorm iter fracta reɔsecrāda ē de ɔsecra. eccle vl alt. c. Ligneis . . . ɔsecrato . . . fieri pt excepto . . . celebrari nō pt q2 pt fieri cū missa fieri pt. Et q2 . . . missa fieri posit . . . Qñ āt totū altare destructa ē nō parietes vel tectū . . . ɔsecrādū ē nō ecclia e ɔ c. . . . ¶ Ter tia ɔ̄ ē q nō dʒ celebrari i ecclia iterdicta vel polluta . . . sit reɔciliata siue sit ɔsecrata vt c. . . . de ecclie sia. di. . . . ɔsecrata erat siue nō vt c. . . .

loqƒ de nō ɔsecrata. Et . . . pp hoc multi . . . ecclias suas nō ɔsecrari q2 ibi freqnter hñe ɔtigūt ɔ sanguis effu siōes: putātes nō idigere reconciliatōe: q2 graue eēt eis to tiēs epm pcurare. Sʒ i oīb⁹ pdcis casib⁹ qb⁹ nō licʒ i ecclia celebrare vel ex . . . nunq̄ incurriƒ irregularitas: nisi qñ cele braƒ scienter i ecclesia iterdicta: q2 de aliis nō ē expressum extra de senten. exco. . . .

Circa 4m sūt ēt tres ɔ̄nes. ¶ Pria. q altare dʒ eē de lapide de q̄ fuit . . . de ɔ̄ di. . . . altaria . . . ā i Silue . . . lignea erāt vt portari posset . . . ɔ altare lateranēse dr eē ligneū. . . . lapideū sit illō altare sup qō ɔsecraƒ: ɔ sup qō i mediate celebraƒ: si ue sit portatile siue imobile. Nā altare pōtatile lapideū eē dʒ. Aptari vō dʒ capsule alii imobiliter: q̄ pt eē idifferēter de lapide vel de ligno vl de alia mā solida. Et dʒ cauere q celebrat q sit tāta lōgitudo ɔ latitudo lapidis itra caps. . . . q itra ea posit capi pes calicis ɔ hostia ɔsecrāda vl q i cō ficiēdo cū tenet māib⁹ panē vel calicē sup lapidē3 teneat: vt sic sup lapidē cōficiat. Sʒ altare sup qō poniƒ portatile altare n̄ refert vtrū sit ligneū vl lapideū vtrū . . . vel fenestra. ¶ Scda ɔ̄ ē de reɔ̄secratōe q . . . altare im mobile qñ tabula ē totalr mota a sua sede vel sine motiōe ē enormiter fracta sic q fixura a sūmo vsq̄ deorsū ptigat dʒ reconsecrari sic altare portatile: si ē āmotū a capsula to talr: aut si n̄ ē motū lʒ ē ɔfractū enormiter. Ar. ex. . . . c. i. ɔ c. . . . Si āt nō sit fractū nec āmotū lʒ con . . . vt facile possit āmoueri nō dʒ re cōsecrari. Ur āt q sic destructio soli⁹ altaris nō tollit cōse cratōēʒ ecclie . . . de ɔse. . . . q2 ecclia . . . altare. . . . ɔsecratio altaris . . . epus n̄ pt dispēsare: . . . ɔsecra⁹ eccle i q̄ epus dispēsat: q2 d licētia epi licʒ celebrare i ecclia nō ɔsecrata nō āt sit p alta re nō ɔsecrati. ¶ 3a ɔ̄ ē q sup altare i q̄ epus missas celebra uit illo die nulls alr celebrare dʒ iferior de ɔse. di. ɔ c. vlt. . . . Nihil vel nisi nccītas vrgeat puta q2 collegiū tenet ad missas de die offerēdo ecclam ɔ ipse epus forte celebrauit d . . . vl de festo . . . de licētia eiusdē epi q pt renūciare ei qō i fauorē suū itroductū ē.

Circa 5m sunt silr tres ɔ̄nes. ¶ Pria de calicis mā q2 licʒ oli fuerit ligneus vel vitre⁹ nūc tñ nō dʒ eē nec de ere nec de auricalco aut cupro aut plūbo q2 ista pp eruginē vomitū puocāt: nec de ligno ēt pp poros ne subi trāt sanguinē: nec de vitro pp fragilitatē de ɔse. di. i. c. Ut . . . seqnti nec de lapide pp ineptitudinē ibidē de ɔsecra tione. . . . nō phibeƒ expsse de lapide nec d plū bo nec de cupro. Sʒ q2 . . . c. . . . calix . . . pa tena dʒ eē de auro vl de argēto vl saltē de stāno oē3 aliā ma teriā phibere vr. ¶ 2a ɔ̄ ē de ɔsecratiōe calicis q2 debent ista eē ɔsecrata ɔ pūncta . . . in q̄ nec epo licitū ē di spēsare q2 sic ordinauit Siluester pp de sacra. vn. c. i. Nec li cet iferiori dispēsare. Si autem . . . ɔ in massam redact⁹ totalr ɔ iterū fiat iterū . . . nccē est. Nā si modica pte pe dis aut scyphi refectē . . . sine for . . . pncipal āmotiōe ɔse crat⁹ manet. Si āt vt i qbusdā solet scyphus a pede ex to to separ⁹ ē lʒ fract⁹ nō sit: vt puta q2 iūctura tornatil ē ɔse cratōe idiget sic altare a q̄ tabula ē āmota: q2 nec pes sine scypho nec scyph⁹ sine pede ɔsecrari pt. ¶ 3a ɔ̄ ē q sacerdo tib⁹ solenniter celebrātib⁹ . . . licʒ p seipsos tollere calicē nisi . . . p diaconos porrigaƒ . . . diacon⁹ qō ē monitio ho nestatis nō preceptū necessitatis.

Circa 6m sunt . . . ɔ̄nes. ¶ Pria q pale altaris . . . ad min⁹ debēt eē duę q2 ridet . . . quib⁹ inuolut⁹ fuit corp⁹ dni. . . . ɔ corpale debet eē de lino sim plici nō de serico vl pāno tīcto q2 ... simplici ɔ mūda . . . ɔ . . . sudariis . . . ɔ pla ē . . . ē pia⁹ . . . licʒ illa pia valeret i loco q2 . . .

tā sōb⁹ ad eandē ē pducit̄ sic corp⁹ xp̄i p passiones ad im
2ª ꝯ mortalitatē. ¶ 2ª ꝯ ē. q missa sine sacratis vestib⁹ non dꝫ celebrari. de ꝯse. di. i. Vestimēta spālr sine manipulo ⁊ stola de ꝯse. di. 2. Ecclastica. Et idē ē de alba amictu ⁊ singulo ⁊ casula: q: ista sex benedicit̄. Vn̄ vr̄ de necītate pcepti: nō sic āt de camisia q̄ nō bn̄dicat̄. Videt̄ āt q ꝺ lōgo manipulo liceat facere stolā ⁊ eꝯ de pua stola manipulū vl̄ cingulū q: oīa sb vna bn̄dictōe ꝯsecrāt̄. Et qn̄ ē casula duplicata cū posset eē simpla sup quālꝫ ptē fit bn̄dictio Vn̄ ⁊ in celebrādo vertī pt̄ vt ps nigra suppōat̄ p defunctis pars alia p viuis. Propter qꝺ si vna ps āmoueat̄ alia remanet
3ª ꝯ bn̄dcā. ⁊ licꝫ cū ea celebrare. Silr̄ de stola duppla. ¶ 3ª ꝯ ē. q qn̄ vestimēta reparāt̄ pp paupertatē vr̄ distingendū q: aut tāta ps āmota fuit q sine illa non bn̄dicerent̄ nec celebraret̄ vt tota manica vel ps supior ⁊ tunc desinit esse bn̄dicta: ⁊ appositōe noue nō fit bn̄dicta: cū bn̄dictio nō fiat sine vbis: nec nisi ab epo. Si āt modica pticla e⁹ defectus nec bn̄dictionē nec celebrationē ipediret. tūc licꝫ celebrare ¶ Cōtra h̄ tn̄ vr̄ q imo idistincte p glo. c. ꝯ d. ꝯse. ccc. c. Q: i dubus. dic̄ sup illud. Nō negam⁹ qn̄ oleū nō ꝯsecratū possit oleo ꝯsecrato ꝯmisceri. dic̄ glo. arg͞m ē q i reficiēdis paramētis vel sacris vestib⁹ nō sacrū filū ⁊ pānū sacro lꝫ apponi. Nec ē op⁹ noua ꝯsecratōe ¶ Sꝫ hoc nō ē silē q: qn̄ oleū admiscet̄ oleo vel aq̄ aq̄ liq̄r pexistens nō desierat eē sacer: vel bn̄dict⁹: ⁊ talia ꝯtiguitate fiūt ꝯtinua. ⁊ fiūt vnū. Vn̄ maxie si id qꝺ apponit̄ ē min⁹ fit totū ꝯsecratū oleuꝫ: ⁊ aq̄ bn̄dcā. Sꝫ pānus addu⁹ pāno nō facit vnū nisi colligatiōe. ¶ Et p̄. taꝫ pm̄ desierat eē bn̄dictus pp qꝺ appositio n̄ bn̄dci nō bn̄dic̄ illū q ꝺsierat eē bn̄dict⁹. cū bn̄dictio nō fiat sine vbis. Vn̄ si anteq̄ āmoueat̄ illa ps supsueret̄ noua tūc nūq̄ desissꝫ eē bn̄dcā. ⁊ postea ea āmota remaneret integra: ⁊ vna vnitate tali q̄ nauis d̄r vna p tabłas renouata.
4ª ꝯ ¶ 4ª ꝯ ē. q taꝫ oratoria q̄ vtēsilia vestes ⁊ oīa paramēta altaris debēt eē mūda q: pp dic̄. Precipim⁹ mūda ⁊ nitida ꝯseruari. cū nimis absurdū sit i diuis reb⁹ sordes negligere. q̄s dedecꝫ ēt i pphanis: de custodia eucharistie. c. i.

p̄ª ꝯ Circa 7m̄ sūt tres breues ꝯnes. ¶ Pria q eucharistia dꝫ ferri ad ifirmū an̄ pect⁹ reuerēter: sp lumie precedēte. Est. n. candor lucis eterne: de cele. mis. c. Sane.
2ª ꝯ ¶ 2ª ꝯ ē. q nūq̄ dꝫ celebrari sine lumie. Vn̄ depōit⁹ fuit
3ª ꝯ sacerdos q sine igne celebrabat: de cele. mis. c. vlti. ¶ 3ª ꝯ ē. q eucharistia dꝫ s̄uari i loco honesto: ⁊ mūdo: ⁊ firmiter clauso: ⁊ et cū lumie lāpadis. vel cere: licꝫ illud nō sic exprimat̄ sic̄ alia. de custodia eucharistie. c. i. Sꝫ sic̄ dū ꝯsecrat̄ ⁊ portat̄ dꝫ adee luminaria ⁊ vbi ꝯseruat̄ cū vbiq̄ sit candor lucis eterne. ¶ Argumētū. i opp͞m solutū ē Qō. III.

TErtio q̄rit ꝺ hereticis: vtrū sint exterminandi. Et vr̄ q nō. Sicut. n. illi erāt circa nouū testamētū sic iudei circa vetus: ⁊ saracēi circa vtrūq̄: sꝫ iudei nō debēt extermiari: s̄m illꝺ. ps. Ne occidas eos: ne qn̄ obliuiscāt̄ ppl̄i mei. silr̄ nec saraceni: q i mltis regnis xpiānitatis cū suis ritib⁹ tolerat̄. igr̄ nec heretici. ¶ Cōtra. oīs heretic⁹ ē scismatic⁹ ⁊ apostata a fide sꝫ scismatici tāq̄ ifructuosi palmites succidēdi sunt de scismaticis. c. 2. li° sexto ⁊ apostate a fide s̄m leges capite plectēdi sūt igr̄ ⁊ heretici. ¶ R°. circa istā q̄ōne q̄nq̄ videda sūt p° de hereticis 2° de scismaticis 3° de apostatis 4° de iudeis 5° de saracenis.

p̄ª ꝯ Quantū ad pmū sūt noue ꝯnes. ¶ Pria. qd ē hereticus ⁊ vn̄ dicat̄. Dr̄ n. heretic⁹ ab herendo ⁊ heresis ē secta vl̄ diuiso ⁊ a p̄ heresi q ē electio. Vn̄ qn̄ ex electōe ⁊ nō ex simplici ignorātia [illegible] diuidit se a fide catho⁹ i q̄cūq̄ articlo qꝺ expresse tenet̄ scire vl̄ alio p ecclaꝫ declarato cū [illegible] heretic⁹ [illegible]. Dico āt p ecclaꝫ vniuersalē vl̄ romanā q: ad [illegible] eccliā nō ptinet ꝺ fide [illegible] iudicare.

ex̄ de bapt⁹. c. Maiores. Vn̄ dicēs ꝯ articlos [illegible] catōes pt̄ icurrere sꝫ nō heresiꝫ. Vtr̄ aūt [illegible] ex̄ diocesis [illegible] h̄ et excōicatōes icurrat dubiū ē. ¶ [illegible] Oꝫ heretic⁹ iterptatiue ē q p ꝯtumacia vel fautoria heresis p ānū excōicat⁹ existit ex̄ de hereticis. c. Ex cōmunicam⁹ lib°. 6. ⁊ q p̄ h̄abilr̄ suspect⁹ ifra ānū nō se purgat [illegible] ta h̄ꝫ. ¶ 3ª ꝯ ē. q pena hētici q māifeste i heresi [illegible] ēnt̄ i mox arbitrio ecclie satisfaciat si sit laic⁹ [illegible] ricus p̄us a suis ordib⁹ degradat⁹ debet expon[illegible] culari. a iaduersiōe debita puniēdi ne ouis morbida [illegible] at totū gregē ex̄. e. Ad abolēdā. Dicūt āt i heresi d[illegible] enplr̄. s. p facti euidētiā si publice dogmatiꝫat vel [illegible] actu heresis fuit capt⁹. Scꝺo si legatie p testes vel [illegible] ta ē ꝯuict⁹: 3° si corā iudice spōte ē ꝯfessus. Nā i torm[illegible] aut metu tormētor̄ extorta ꝯfessio suspicionē facit [illegible] nā fidē. Si āt heretici penitēt ppetuo sūt murādi de hereticis. c. vlt ⁊ magis religiosi q̄ alij de hereticis. [illegible] sexto. lꝫ misericorditer possit cū eis miti⁹ agi. Dōc a[illegible] gēdū ē de hereticis relapsis. ¶ 4ª ꝯ ē. q illi q sunt relapsi stati sine audiētia exponēdi sūt iusticie seclari. Si tn̄ fuerit clerici p̄us sūt degradādi. Sꝫ si penitēt ⁊ absolui petūt n̄ sūt eis negāda pnie ⁊ eucharistie sacra: q: ecclia nō claudit gremiū redeūti: ex̄. eo. Sup eo. li° sexto. ¶ 5ª ꝯ ē. q relapsi dicūt̄ q p⁹ abiuratā heresiꝫ ⁊ recōciliatione ecclie solēnē reicidūt i pnā heresiꝫ vel aliā quācōq̄. Si āt p⁹ [illegible] nitētiā an̄ publicā reicideret relapsi nō eēnt q̄ ad for[illegible] tiosuꝫ. Et sic itelligēdū ē illud cap͞m. Accusat⁹ i pn°. ¶ 6ª ꝯ ē. q relapsi iterpratiue sūt q post abiuratā heresiꝫ vt [illegible] fauorē quēcūq̄ hereticis ipēdūt. Et q: fauorē nō solū facto sꝫ v̄bo q p̄us ꝯfessus ē de se vl̄ de alio. si postea [illegible] se vel de alio asserēs aliū bonū vr̄ relapsus. ar. Illi⁹ [illegible] . c. Accusat⁹. ar. ꝯ de p̄sum. c. li̅s. vbi ille q p̄us ꝯfessus fuerat se ⁊ frēꝫ suū eē hēticū ⁊ postea de heresi purgauit fr̄m suspect⁹ qdē ex h̄ de heresi vehemēter hētur: ⁊ p [illegible] lapsu. Nō tn̄ vlt eū pp ex p̄sumptōib⁹ ꝯdēnare. Et p [illegible] q illud fuit an̄ abiurationē licꝫ post ꝯfessionē vel iure antiq̄ Sꝫ iure nouo reputaret̄ iuris fictiōe relapsus. ¶ 7ª ꝯ ē q. credētes sūt q licꝫ nulli heresi explicite adhereāt tn̄ credūt hēticos eē bonos hoies: ⁊ hēre boni fidei cut sūt apꝺ nos simplices nō hn̄tes fidē explicitā: sicut [illegible] hereticulus capt⁹ cū vno heretico pfecto iterogatus [illegible] bat. Volo mori i fide dn̄i Gulielmi lātery. Sic. n. vocatur ille pfect⁹. Iste aliqs erat credēs. ppter habēs p[illegible] eor̄ iplicitaꝫ nō explicitaꝫ. ¶ Defensatores āt sunt q [illegible] nā defendūt: vt aduocati p̄stando patrociniū: vel tabelliones faciēdo istrumēta vl̄ iuuātes i causa. ¶ Qui [illegible] nā sꝫ heresiꝫ defendit heresiarcha ē. ¶ Receptatores sunt q i domo vel terra sua eos recipiunt: semel vl̄ plus publice vel puate. ¶ Fautores aūt sunt q aliq̄ fauēt facto: mittēdo alimoniā vel h̄ꝫ. vel aliqn̄ v̄bo: vt dicēs [illegible] isti sunt bōi hoies: iniuste agit̄ ꝯ eos ⁊ inq̄sitores iponūt [illegible] maligne ꝯficta ⁊ h̄ꝫ. Item omissione quando qui potest [illegible] te fugit̄ i capiēdo ⁊ alijs nō fauent inq̄sitorib⁹ sicut [illegible] q: qui non est mecū contra me ē. ¶ 8ª ꝯ est q omnes [illegible] sunt excōmunicati ipso facto sicut heretici quod [illegible] dum est dūꝫ tamē [illegible] suum aliquo actu extern[illegible] dāt publice vel occulte. Aliter pro solo actu interiori [illegible] perfecte hereticus quo ad deum nō tamen excōmunica[illegible] tus est quo ad ecclesiam que iudicat illa que foris [illegible] Sed p actu exteriori lꝫ occulto bene icurrit homo [illegible] turis i generali platam. Qui vo in potestate [illegible] tu facere quod debet licet nihil ex [illegible] ¶ 9ª [illegible] ad idem iudicia ptinet [illegible] exheredatus filius [illegible] na heretico ⁊ confiscatio [illegible] gentis. Sed confiscationis [illegible] sententia ecclesie [illegible] patio differt̄ quantum [illegible]

ↄdemnati.c. Cū ſꝫ. lib.6. Et filij eoꝝ vſqꝫ ad ſecundā gnā tionē ad bñficia eccliaſtica nō pmouēt ſi i hereſi deceſſe runt. Filij āt p lineā maternā vſqꝫ ad pᵃᵐ tm̄ gnātionē pu niunt.c. Statutū Felicis. libᵒ ſexto. Et bñficia ad eoꝝ pre ces collata vacant: extra e.c.3. libᵒ ſexto.

Quātum ad 2ᵐ ſunt due ꝯnes. ¶ Pria ꝙ ſciſmaticus [illegible] ꝙ [illegible] ecclie [illegible] totalr. Qui vo i vno articulo nō obedit nō pp hoc ſtatim ſciſmaticᵘ repu taf: puta ſi nō ſtati dimittit adulterā: vel hmōi. Qui āt dic pa [illegible] hereticᵘ reputaf. ¶ Scđa ꝯ ē de pena ſciſmatici q̄ ē excōicatio ꝛ ſu ſpenſio ordinatoꝝ ab eis: ꝛ annullatio alienationū factoꝝ ab eis ꝛ huiuſmodi.

Circa 3ᵐ ſūt tres ꝯnes. ¶ Pria ꝙ triplex ē apoſtaſia. Una a fide: ſcđa a clero: tertia a monaſterio. De pma dicē dū ē: ꝙ lꝫ ois hereticus ſit apoſtata ſm qd non tm̄ ſimplici ter: ſꝫ magis eᵒ ois apoſtata ē hereticus. qꝛ ꝓpē ē apoſtata q ex toto dimittit legē xp̄i ꝛ fit iudeᵘ: vel ſaracenus: vl̄ pa ganus. Uñ ois pena q̄ debēf heretico debēf iſti: ꝛ maioꝛ. Qui vō metu tormentoꝝ nō corde ſꝫ ore apoſtatāt mētiē tes ēt mortalr peccant: qꝛ deū blaſſemant: ſicut ꝛ illi q cō tra alios metu tormētoꝝ mētiunf accuſando: qꝺ ē pnicio ſuꝫ mendaciū. Silr ēt q ſe dicūt falſo crimen qꝺcunqꝫ cō miſiſſe: qꝛ ſe ipſos diffamāt. ¶ Scđa ꝯ ē de ſcđa apoſtaſia q̄ ſine peccato eē pōt. Ubi ſciēdū ꝙ ſi hō transferat ſe ad actū oino incōpoſibilē puta ad bigamina ſtati exuif oi pri uilegio clericali. Silr ſi i iudicio ꝯuētus recuſet ſe rñdere corā iudice eccliaſtico: publice ſe negās velle clericalr vi uere. Nudaf ēt oi puilegio clericali: tertio ſi laycalr ſe ge rēs admonitus tertio redire noluerit. Idez q̄rto ſi ſic agit p oia vt laycus nō vt clericus. Et de h dⁱ.18.di. ¶ Tertia ꝯ ē de apoſtaſia a religione. ꝙ ipſo facto ſūt excōicati ſi ha bitū reliq̄rūt: ꝛ regrēdi ꝛ recipiēdi ſunt: niſi ſit tale crimē [illegible] expelli [illegible] actionē multo magis exceptionē. Qñ āt inuiti reducūf i carcerēf ne fugiāt: ſic dic lex: fui fugitiui pede āputato debilitāf. Qui āt ſpōte rede unt [illegible] monaſterij: qꝺ nō eos expulit nec recipe recuſauit.

Quantum ad 4ᵐ ſunt tres ꝯnes. ¶ Pria ꝙ iudei nō debēt habere xp̄ianū mancipiū nec ſeruētē: nec nutri cē: [illegible] poſſint habere colonū vel mercēariū i agro: nec debēt habere officiū vl̄ poteſtatē ſup xp̄ianos: nec cōi care cohabitādo: comedēdo: ab eis medicinas recipiēdo: quoꝝ familiaritas talē retributionē nob̄ pſtat qualē mus i pera: ſpēs i gremio ꝛ ignis i ſinu ſuis ſolēt hoſpitibᵘ exhi bere: eē de iudeis.c.ꝛ ſi iudeos. ¶ Scđa ꝯ ē. ꝙ ipſi nō ſūt i pſonis aut rebᵘ aut ſepulturis moleſtandi: niſi iuſte p pu blicā ptātē: ꝛ ſunt pmittēdi ſinagogas i antiquo ſtatu tene re: nō nouas erigere: ſed antiqͣs reparare: ꝛ in ſuo ritu pdu rare: dū tm̄ i paſceue nō exeant: nec hoſtia aut feneſtras ha beat apertas. Bona vero eoꝝ iuſte acqſita [illegible] acci pere [illegible] ſeruus ēt malis tenēf: maxie de peculio ſuo laboꝛe acqſito exhibere. Acqſita vō vſurarie poſſunt ꝛ debēt eis auferre: [illegible] hereticis [illegible] habeat de re [illegible] ab eis [illegible] Sꝫ ſi [illegible] Sunt [illegible] poſſunt [illegible] hoc maxie ſi [illegible] applicent. Alr nō video ꝙ coiecte fa cte ſup iudeos q nihil habent niſi de vſuris poſſint exc[illegible]ri. ¶ Tertia ꝯ ē de ꝯuerſiōe ipſoꝝ. Ubi ē ſciēdū ꝙ cogi nō debēt nec pñt. Si tm̄ metu iducti ſunt ad fidē ſūt cogēdi fi dē ſuare: ꝛ apoſtatātes tāqͣ heretici lapſi: ꝛ relapſi ſūt cēſē dı: ꝛ de hēticis.c. Cōtra li.6. Cōuerſi vō nō deñt cohītare iudeis qꝛ dcm̄ ē Loth. Ne ſtes i oi circa regiōe: Sꝫ ꝛ ſui cōis parēti ꝯuerſo ſiue ſit pr̄ ſiue mr̄ ē tradēdus. q rōnis ca pax nō ē. Als lib ē i ſcđndo quē vlt: pfidū.ſ. vel fidelē. Con uerſus āt deſpici nō dꝫ: nec i aliq̄ irregularis ē: nec vt dnt qdā bonis ſuis ſpoliādꝰ [illegible] hñt fidē expoſaꝫ qñ ꝯuer ſi ſpoliāf q ꝯuerſi nō ſpoliabāf. Et ſi qdē ſunt bona vſura ria nō ſūt ſpoliādi niſi vt reddāt: ſi āt iuſte acqſita: vbi do minus ſciēs baptiçādo nō fuit ꝓteſtatᵘ de bonis videf pe culiū pdere vel donare: ſicut q ſciēter pmittit ſeruū ordia ri vel monachari pdit eū. Nā ſi neſciuit vel expſſe dixit ſe bōa ſua velle hēre vr̄ ꝙ poſſit eū ſic pri ſuis bōis ſpoliare qꝛ ſuo māumiſſo nō tenef peculiuꝫ dare imo videf ꝙ ba [illegible] eximat eos a ſeruitute [illegible] ſꝫ a ſeruitute iu dei ſm leges: ꝓpter piculū cohitādi.

Quātum ad 5ᵐ ſunt ēt tres ꝯnes. ¶ Pria ꝙ ſarace nis nō licꝫ cōicare: ſic nec iudeis: nec licꝫ ire ad eos nec cū eis cōmorari niſi pdicatoribᵘ ſpe cōuerſiōis: aut niſi illis q vadūt ad redimēdū captiuos: qꝺ ēt tpe guerre licitū ē [illegible] dū tm̄ [illegible] nihil aliud comertij cū eis heant. Si āt tpe guerre qꝺcūqꝫ aliud comertiū cū eis hñt ēt ſine armis ꝛ hꝺ ēt ex cōicati ſunt. Qui āt quocūqꝫ tpe eis arma vēdunt mittūt vel tradūt excōicati ſūt: ꝛ ſui capiētū bōa eoꝝ ꝯfiſcātur: q nec abſolui pñt niſi [illegible] in ſubſidiū terre ſancte: [illegible] ¶ Scđa ꝯ ē ꝙ nō deñt hēre dñiū ſup xp̄ianos ſicut nec iudei: ꝛ debēt habitu diſtingui. De eo āt qꝺ arguif de ritu eoꝝ certū ē i Aragonia ꝛ i Nauara ritus eo rū tolerari a xp̄ia.s nō minus q̄ iudeoꝝ q̄uis nō videaf rōnabile tm̄ qꝛ illi ſ iudei nō ſūt ydolatre ſicut iſti ſꝫ vez deū colūt: ideo melᵘ tolerāf. ¶ Tertia ꝯ ē ꝙ illi q terrā xp̄i ſanguine ꝯſecratā xp̄ianis ꝛ a deo nobis collatā q filij veri Abrahe ſumus de iure.d. [illegible] a nobis iniuſte ab il la hereditate pellūt iuſto bello occidūf quicquid ſit de aliis: ſed videf ꝓpter memoriā xp̄i ꝛ ꝓpter reliquias q̄ ibi ſeruanf. ¶ Argumētū ſolutū eſt. Qō. IIII.

Quarto q̄rif vtꝝ plres ſacerdotes poſ ſint eādē hoſtiā cōſecrare. Et vr̄ ꝙ nō: qꝛ nō pōt idē mobile ſimul moue ri pluribᵘ motibus eiuſdē ratōis: ſicut ſm eādē ptē nō pōt vnū calefactibile ſimꝉ ca lefieri pluribᵘ calefactoibᵘ: ſꝫ ſi plres vnā hoſtiā ꝯſecrarēt vnū ꝯſecrabile ꝯſecraref pluribᵘ ꝯſecratoibᵘ: qꝛ eēnt plures forme: q̄r̄ē. ¶ Cōtra. qꝛ nō minᵘ pñt plura agētia ſup vnū paſſiuū q̄ vnus ſup plura: ſꝫ vnus ꝯſecrat plres: vt cōiter curati i paſcate: q̄r̄ē. ¶ Rᵒ circa hāc q̄ſtionē ſūt duo vidēda. pᵒ an plres poſſint ꝯſecrare vnā hoſtiā particulariter. Scđo an totaliter.

Circa pᵐ ſūt tres opiniones. ¶ Pria. ꝙ nullo modo ſiue ſignēt ptes ſiue [illegible] pp duas ratōes. Pᵒ. qꝛ ſuba nō ha ptes niſi p q̄titatē: ꝛ ſi hoſtia ponitur iter duos [illegible] ptes q̄ti tatis [illegible] ſimul corrūpūt Sꝫ i ꝯſecratiōe ſuba nō q̄titas ꝯuertif [illegible] nō pōt fieri a diuerſis p partes diuerſas. 2ᵒ qꝛ vnū nō fit mixtū niſi p diuiſione q̄titatis ſed hic nō ē diuiſio quātitatis: q ſuba panis q̄ erat vna remāet vna: q nō pt re cipe duas ꝯſecrationes ſic nec vna mī duas gnatōes vel corruptiōes ſimꝉ. ¶ Scđa opinione ē qꝛ licꝫ diuiſio requi rat q̄titatē [illegible] ad termīnū ſic corruptio requi rens p termio a quo non pro termino ad quem. Non enim [illegible] pōt diuidere q̄tū [illegible] diuidere q̄tū i nō q̄tū: [illegible] diuidēdo pōt ānullare vel vtrāqꝫ pte vl̄ alterā. Et qꝛ [illegible]

pᵃ ꝯ
2ᵃ ꝯ
3ᵃ ꝯ

ctio gnãtoꝝ fit pp diuisionẽ q̄titatis manentis: tñ diuisio corrupti [illegible] pᵒ ꝯuertat̃ i elemẽtũ [illegible] i illud nõ ẽ pp q̄titatẽ q̄ maneat sȝ p p illã q̄ corrũpit̃. Qn̄.n.iuẽit q̄tũ illud qḋ corrũpit̃ iõ pt diuisȝ corrũpe. Cũ ãt corrũpit cũ suba q̄titatẽ ħ ẽ qꝛ alr̃ nõ pt attigere subas. Deus igit̃ q pt imediate attigere subaȝ nõ qdẽ p diuisionẽ ptiũ q̄ non sũt sȝ p mltiplicatõeȝ pt ꝯuertere subam: put stat sub hac pte nõ put sub illa. Et silr̃ qñ sine corruptione q̄titatis al bedo vel q̄litas alia i vna pte corrũpit̃ nõ pt dici ꝙ ps sit corrupta ꝛ ps icorrupta: cũ nõ sit ibi ps nisi i q̄titate. Un̄ ꝯdictio ẽ dicere ꝙ suba vel q̄litas nõ hñt ptialitatẽ nisi il lã q̄ ẽ q̄titas ꝛ illa non tacta dicat̃ suba vel q̄litas ptita si ue in partes manentes siue non manentes. ¶ Nec valet prima ratio que adducebatur: qꝛ lȝ substãtia non habeat partialitatẽ formalẽ nisi q̄titatẽ tñ inq̄tũ substantia pãis stat formalr̃ sub ista pte q̄titatis ipsa ẽ distincta sicut a suba q̄ stat sub alia pte. Un̄ cũ prius attingat̃ a ꝯuertẽte ꝛ sepa rãte q̄ desinat eẽ formalr̃ q̄ta: vꝫ ꝙ hoc sufficit ad hoc ꝙ nõ possit parcialiter ꝯuerti. Posset.n.deꝰ retẽta itegra q̄ titate ãnullare substãtiã prout stat sub ista pte ꝛ retinere ꝑut stat sub alia. Et pari ratõe põt ꝯuertere. ¶ Ad 2ᵐ põt dici ꝙ vnũ pt fieri mista sine diuisiõe vniᵘ q̄titatis i duas cũ illa mista hẽant q̄titates distinctas: sicut de suba vnius ignis manẽte q̄titate vel ãnullata ꝛ non distincta posset face e duas aq̄s. ꝛ de vno mixto corrupto non diuisio pũr gnãri.4.elemẽta. Et si nã põt facere q̄titate corrupta nõ diuisa d's potest ħ facere q̄titate ꝯuata integra ¶ Solõ aũt q̄ dnt ꝙ diuisio i ptes manẽtes nõ ẽ sine diuisiõe q̄titatis sȝ i ptes nõ manẽtes sic nõ valȝ: qꝛ nihil diuidit̃ realr̃ nec i manẽtia nec i non manẽtia nisi q̄tũ. Et nõ pt de illo fieri ꝯuersio de q̄ nõ pt fieri gnãtio. Un̄ si de suba panis q̄tita te non diuisa nõ pt fieri gnãtio sic ꝙ aliqd de suba maeat sub pⁱma q̄titate ꝛ aliqd sub noua pari rõne nec ꝯuersio. ¶ Un̄ dõs ẽ ꝙ nõ ẽ ꝑpe diuisio. Nã vnũ lignũ q̄diu ẽ q̄ tũ pt diuidi i duo ligna: ꝛ illud idẽ sepata q̄titate possȝ fie ri duo ligna p gnãtionẽ ñ p divisionẽ. Et sic ẽ hꝛ: qꝛ lȝ q̄titas corpis ꝯuersi maneat itegra ẽ tñ diuisa a q̄titate corpis xpi: i qḋ ẽ ꝯuersa. Un̄ suba pãis ꝑut stat sub vna pte sue q̄tita tis ꝯuertet̃ i illud q̄tũ qḋ ẽ corpᵘ xpi Et ipsa eadẽ ꝑut sta bit sub alia pte q̄titat] sub eadẽ remãebit ¶ P. sȝ ꝙ illi dicũt ad oppoᵐ eadẽ ẽ rõ de suba ꝛ q̄litate q̄ ad extesionẽ. Un̄ cũ ad sensuȝ appeat ꝙ adhibito igne ad aquã ex vna pte ex illa pte corrũpit̃ frigiditas p calorẽ ꝛ manet adhuc i pte opposita q̄titate aq̄ nõ diuisa nec corrupta i pte nec i toto: sic deᵘ pt subaȝ ꝑ pte ꝯuertere ꝛ ꝑ pte nõ q̄titate nõ diuisa nec corrupta nec ꝯuersa. Si dicat̃ q̄ ẽ alia ps sube a pte q̄titatis: non seq̄t̃: qꝛ nõ ꝑpe dr̃ ꝙ ps sube ꝯuertat̃ ꝛ ps maneat: Sȝ vna ꝛ eadẽ suba fm ꝙ subsistat vni pti q̄ti tatis ꝯuertit̃ ꝛ fȝ ꝙ subsistat alii manet Sȝ i his q̄ sũt actu distincta sic sũt duo ligna diuisa bñ ẽ veꝝ ꝙ hñt alietatẽ ꝛ diuersitatẽ aliã a diuersitate q̄titatis qꝛ illa ptialitas ñ ẽ e[illegible] q̄titas sȝ e p q̄titate sic p cãs i fieri ꝛ sine q̄ ñ [illegible] qn q̄ lignũ dicit̃ due sũt mltiplicatões sȝ ẽ vna diuisio ita ꝙ q̄titas g[illegible] diuidit̃ ꝛ mltiplicat̃ sȝ suba qdẽ p se formlr̃ ꝛ [illegible] mltiplicat̃ sȝ nõ diuidit̃ nisi qꝛ ẽ subiectũ qḋ diui dit. ¶ Seda opio ẽ ꝙ non signãdo ptẽ non pũt [illegible] pp in certitudinẽ itentionis Et dato ꝙ i gnãli diceret q̄lȝ ꝙ ite[illegible] ꝯsecrare si nõ signaret qua qꝛ q̄ rõne tal[illegible] sacerdos ꝯsecrat hanc medietate puta q̄ ẽ a dextris eadẽ [illegible] itetio nõ ẽ magis de hoc q̄ de [illegible] qꝛ indifferẽter se hȝ ad hac ꝛ [illegible] medietate [illegible] ꝯsecrat aut neutrã Nõ vtraq̄: [illegible] cũ nõ itendat nisi medie[illegible] ꝯsecrat [illegible] ppter defectu itẽtiõis [illegible] de pte ꝯsecrãda vl ien [illegible] q̄ requirat [illegible] itẽtio Et tñ valde [illegible]

difficile itelligere qũo sensus iter ptes ꝯtinuas q̄ hñt terminũ cõez possit distincte signare vnã p̄ter [illegible] do de altera. Ueꝝ ẽ ꝙ i hostia i q̄ sunt linee ꝛ circls [illegible] gnare facilr̃ ꝙ ipe vlt ꝯsecrare illḋ qḋ ẽ ĩfra circulũ [illegible] sine ꝛ nihil aliud: ꝛ eõ ꝯ sic erit facile. Et [illegible] crat. ¶ Tertia opio ẽ ꝙ si sensu nõ signet [illegible] signet idẽ seq̄t̃: puta si de hostia plana itẽdat [illegible] medietatẽ q̄ ẽ ex pte sua ꝛ nõ al[illegible] aliud [illegible] possit ꝯficere ꝛ vidẽs hostias [illegible] nihil facit signatio nec demonstratio ad sensum [illegible] psentia: qꝛ ꝯcurrũt ibi mã cũ q̄lȝ pars panis ꝛ vini [illegible] ꝛ vinũ: ꝛ forma ꝛ itẽtio determiata fm itellectũ ꝛ si nõ sensuȝ: cũ intẽtio sit actᵘ ptis itellectiue nõ sensitiue. [illegible] uis alias determinatio itellectᵘ sit fm determiatiõẽ [illegible] sus hic tñ nõ oȝ ꝙ sit signatio certe ptis fȝ sensũ [illegible] visuȝ cũ cecus possit ꝯficere: nec p tactũ: qꝛ sine tactu [illegible] mãibus ꝯsecrare pt: nec p imaginationẽ aut aliũ [illegible] i diuisibile fȝ ꝙ hõ nõ ẽ sensu pceptiᵘ. Illud ãt q̄ ps [illegible] ab alia distinguit̃ fm ꝙ hõ ẽ oino idiuisibile sicut [illegible] fm latitudinẽ ẽ idiuisibil' fm ꝙ vnã ptẽ supficiei [illegible] ab alia: vñ ꝛc. Qḋ ãt dr̃ magnitudo eẽ vnũ de sensibilibꝰ cõibᵘ. veꝝ ẽ i q̄tũ magnitudo ẽ diuisibilis nõ inq̄tũ [illegible] sibilis. Un̄ sufficit signatio fm itellectũ. qꝛ itellectᵘ hꝫ pt idiuisibilẽ apprehẽdere pt qḋ nõ pt sensus ideo ꝛc.

Circa 2ᵐ.s.an plres ꝯsecrẽt eandẽ hostiã totã ẽ duplex modᵘ dicẽdi: vnus ꝙ ꝯsecrãt. dato ꝙ nõ simul pferãt: sȝ vnᵘ post aliũ: q̄ꝝ rõ ẽ qꝛ sacerdos cũ ordiat̃ [illegible] tuit̃ i gradu eoꝝ q i cena acceperunt a dño potatẽ ꝯsecrã. Sȝ apli q accepẽrũt hãc ptatẽ xpo cenãti ꝯcenauerũt [illegible] tu ordiati fm ꝯsuetudinẽ q̄rũdã eccliaꝝ xpo celebrãti ꝯ lebrãt. Nec p ħ iterat̃ ꝯsecratio sup eadẽ mãꝫ: qꝛ lȝ diuer sis tpibᵘ pferãt vba tñ sic dicit Inno. Tertiᵘ intẽtio oȝ fe ri ad idẽ istans ꝯsecratõis: forte ad illud i quo ꝯsecrat qs. Sȝ hec opinio a q̄busdã vr̃ reprobari: qꝛ dicunt ꝙ lȝ ei xpo ꝯcenarũt nõ tñ ẽ certũ ꝙ ꝯcelebrauerit. Et iõ nouiter ordinati epo cõicanti cõicare debẽt sȝ nõ ꝯcelebrare. Et hec fere ꝯsuetudo i oibᵘ ecclijs. ¶ Et qḋ dicũt ꝙ ꝯsuetudo i aliq̄bᵘ ꝙ ꝯcelebrãt dõȝ. ꝙ hñ ẽ ꝯsuetudo ꝙ epo icipiẽte nonẽ misse q ordinãt̃ icipiũt ꝛ pficiũt totũ cũ eo etiã [illegible] vbis ꝯsecratõis q̄ nõ dicũt. Et sup illis spãlr̃ istruũt̃ [illegible] i illis vbis ꝯsistat ꝯsecratio ꝯstat ꝙ nõ ꝯsecrẽt cuȝ epo. [illegible] si alicubi sit ꝯsuetudo ꝙ dicũt vba ꝯsecratõis: potᵘ eȝ de corruptela vel abusus q̄ ꝯsuetudo. Cuiᵘ rõ ẽ: qꝛ qñ [illegible] ẽ omissuȝ de ptinẽtibᵘ ad ordinationẽ alicuiᵘ [illegible] pferi añq̄ ille exeq̄t̃ officiũ sui ordis: sȝ ordinatio sacer tũ nõ ẽ ꝯpleta qñ fit ꝯsecratio i missa: imo restãt q̄dã [illegible] da.s.manuũ ipositio cũ pscripta forᵃ vboꝝ. Accipite [illegible] ritũ scm̃ q̄ rrõnale ẽ ꝙ sacerdotes simul cũ epo int [illegible] brãtes cuȝ nõdũ ꝯpleta sit ordinatio eoꝝ. ¶ Et qḋ [illegible] ꝙ vnᵘ post aliũ pt ꝯsecrare ꝑ eo ꝙ ad istas idẽ ꝯsecratio [illegible] fert intẽtio eoꝝ valde ẽ difficile itelligere qꝛ intẽtio [illegible] cit ꝙ vba hẽant suã efficaciã añq̄ pferant̃ vel postq̄ [illegible] ta sũt Alioqn effectᵘ ꝯsecratõis posset anticipari vl̃ diffe ri fm volũtatẽ sacerdotis ita ꝙ pferẽs vba ꝯsecratõis [illegible] mane itedẽs ꝙ hẽant effcm̃ suũ nõ tũc sȝ circa tertiã [illegible] craret circa tertiã virtute vboꝝ pcedẽtiũ qḋ nõ vr̃ [illegible] ꝯsecratõis hẽnt effcm̃ suũ i pⁱo istãti quo plata sunt [illegible] nõ oẽs simul vba ꝯsecratõis pferãt q pmus pfert tot[illegible] crat ꝛ seq̄ntes nihil faciũt sȝ solã vba ꝯsecratõis iterãt [illegible] mã ꝯsecratã. ¶ Iõ ẽ aliᵘ modus.s.ꝙ plres sacerdotes [illegible] eadẽ hostiã ꝯsecrare dũ tñ vba ꝯsecrationis simul pferãt. [illegible] aliã nõ sȝ ꝑ pferẽs totũ facit aliũ nihil qḋ ꝓbat̃ sic. [illegible] retioᵉ oibᵘ q̄ sũt de necessitate facti vere pficit̃ factum [illegible] qñ sacerdos pfert vba ꝯsecrationis tunc ꝯcurrunt [illegible] sunt de necessitate facti q̄ vere ꝯsecrat. Sed q̄ ratione [illegible] consecrat eade ratione ꝛ ille qui simul pfert verba ꝛ [illegible] h itetõe. Nec sunt due consecrationes sed vna [illegible]

diuina pōt ā n. factm hēt placitū aliqd vni facere ꝙ ministe
riū vni⁹ vel plurium. ¶ Sȝ qcqd sit de hoc tñ reprobatio
pme opionis non valeat. Vñ qñ dicit ꝙ nō ꝯsecrauerunt
aplī: veꝝ dicit: sȝ tñ cōicauerūt carni ꝛ sanguini. Et dcm̄ ē
eis. Hoc facite i meā ꝯmemoratione. In cu⁹ repñtationē ꝛ
cōicant ꝛ cōcelebrant: qꝛ dcm̄ ē eis hoc facite i meā cōme
moratione. Sȝ bñ veꝝ ē ꝙ istud nullā hȝ ncītatē: qꝛ ma
gis repñtaret qd̄ tunc factū fuit si tm̄ ordinarentur ꝛ cōi
carēt nō aūt ꝯcelebrarēt sicut tūc de aplīs factū ē q̄ȝ si pls.
Nec Tho. iducit hoc p cā necia: qꝛ tūc ecclīe hoc faciētes
peccarēt: qꝛ debēt se ꝯformare xp̄o i dispensatiōe sacroꝝ:
nisi q̄ ad ea i qb⁹ ē ꝯria rō i xp̄o ꝛ i nobis: sicut i celebrādo
post cenā. ¶ Et qd̄ dicit nō eē ꝯsuetudinē magis credēdū
ē Innocētio q̄ȝ sibi: q hoc dicit docēs dirigere itētionē in
dicēdo vba. Dicit ēt inocētius de officio misse pte. 3. c. 9. Cō
sueuerūt psbiteri cardinales Romanū circōstare pōtificē:
ꝛ cū eo pariter celebrare; Cūqȝ ꝯsumatū ē sacrificiū d ma
nu eius cōionē accipe: significātes aplōs q cū dño pariter
discūbētes de manu ei⁹ eucharistia acceperūt. Sȝ in h ve
rū dicit ꝙ si residuū canonis dicerēt ꝛ sola vba forme om
mitterēt nihil ꝯsecrarēt: sic ē de cathecismo ꝛ exorcismo
ꝛ alijs respectu for̄ baptis. ¶ Et qd̄ dicit ꝙ ē corruptella
qꝛ nō dȝ exeq quousqȝ sua ordinatio sit ꝯpleta: ē dicēdū ꝙ
respectu rit⁹ exeq nō dȝ: sȝ i casu ꝛ dispensatiue de ꝯsuetu
dine ecclīe quā romana ecclīa scit ꝛ dissimulat: Immo ꝛ in
nocētius papa approbat: ꝙ ex quo caracterē sacerdotalē re
cepit ēt si nihil aliud adderet ꝯficere pt ꝛ dȝ i casu ab ecclīa
ꝯcesso. Et sicut celebrat missa i ꝯsumatiōe ꝯsecrationis ec
clīe ꝛ ꝯsūmat dedicatio i celebratiōe ꝛ terminatiōe misse
sic ꝛ hic ꝯsuetudo ecclīe excusat: ꝛ qñ mos erat crimen nō
erat. Vñ ꝛ si nō dicat nisi verba consecratōis excusat: si ta
lis ē mos illi⁹ ecclīe a romana ecclīa scit⁹ ꝛ nō reprobat⁹.
¶ Et qd̄ postea dicit ꝙ ipossibile ē plures cōsecrare si i di
uersis tpibus vba pferat sine dubio difficile ē qꝛ vt dicit intē
tio ꝯsecratōis nō pt anticipare vel retardare effcm̄ verbo
rū [illegible] habeat effectum vel nō. ¶ Sȝ dcm̄
ꝙ oīa q̄ sūt de eēntia alic⁹ effect⁹ dȝ simul cōcurrere: sȝ cū
pncipale agēs in sacris sit virt⁹ diuina q̄ ex voluntate agit
[illegible] ad veꝝ sacrm̄ ea q̄ aliqd agūt ꝯcurrere sicut ds
vlt. Qꝛ ē ecclīa regit spū scō supponimus ꝯsuetudines ab
ecclīa approbatas eē cōformas dei voluntati. Qꝛ igit oēs
simul cōsecrātes intētionē suā ordināt ad totā plationē pn
cipalē licȝ aliq prius aliq posterius pferāt tūc tñ ē effectus
ex diua ordinatōe q̄ [illegible] alias fm cursuꝫ cōeꝫ intētio non
posset anticipare nec retardare. Hoc tñ ē veꝝ ꝙ prim⁹ qui
verba pfert nō consecrat ad alios si hoc nō intēdat. Vñ si
hō pferat verba ꝯsecratōis intētione nō ꝯsecrādi nihil cō
secrat [illegible] pferat intētōe non tūc ꝯsecrādi tūc nō ꝯsecrat.
Sȝ vbi ē vtus q̄ postea ꝯsecratur? Pōt dici ꝙ vtus subue
manet i aere [illegible] dei vtute eā ꝯseruāte quo
[illegible] oīa sint ꝯpleta. Itē sic tpīs scis i pmiua ecclīa diuer
sas formas baptismi ordinauit pp diuersas cās sic ordīare
potuit diuersas formas i [illegible] ecclīas vbi sūt tales rit⁹ sic
alr ꝯsecrāt greci alr nos. In illo igit ritu quo plures ꝯcele
brāt cū vltim⁹ cōpleuerit oēs hñt effcm̄ [illegible] ꝙ taꝫ diu
manet i aere vt⁹ pcedēs quousqȝ [illegible] non ex
intētōe dicētis [illegible] ex vtute dei virtute illa pducētis ꝛ
ꝯseruātis. Certū ē. n. ꝙ hic dȝ aliqd de ꝯmuni cursu muta
ri [illegible] verba hēant effcm̄ vel [illegible] plata sūt q̄ȝ ad illos
q prius cōplet vel [illegible] sint plata q̄ȝ ad illos q postea pfe
rūt [illegible] referat ad istas quo vltius pfert. Si
ē nō oēs [illegible] solus ille
ꝯsecret q prius verba pfert cū hoc nō intēdat sȝ vel ēps vel
[illegible] nisi diceret ꝙ glȝ intendit ꝯsecrare verba sua di
cēdo vel cōplēdo sed nō intēdit ea cōplere nisi simul cuꝫ
epo vel ea [illegible] ē qd̄ dicit ꝙ solus q p̄ fecit

confecit. ¶ Veꝝ qꝛ ipse dicit ꝙ si virt⁹ ꝯsecrādi sit iherēs
[illegible] verbis ipossibile ē ꝙ plures simul ꝯsecrent et si si
mul verba pferāt ꝛ cōpleat: qꝛ ab agētibus [illegible]
currētibus nō pcedit effect⁹ nisi intēsior. dicēdū ꝙ lȝ inten
tio sit voluntaria ꝛ actio sacroꝝ necīa sicut duo voluntarie
applicarēt ignē q necio ꝯbureret; tñ si vel passiuū non eēt
natū suscipe pls ab vno q̄ȝ a duob⁹ vel effect⁹ nō eēt intēsi
bilis vt dcm̄ fuit sup [illegible] de duob⁹ vnū bap[illegible]
min⁹ a duob⁹ seqret idē effect⁹ q ab vno. Nō n. pls ab vno
q̄ȝ ab alio cū sit eqlis rō: nec a neutro cū qd̄lȝ sit sufficiēter
approximatū ꝛ dispositū: nec vnū ipedit sȝ iuuat aliud. Et
ita ē i pposito. Vñ ab vtroqȝ erit cōsecrat⁹. nō tñ maior nec
minor q̄ȝ ab vno. Et pbo p rōnē suā. qꝛ concurrētib⁹ neces
sarijs ad sacrm̄ sequit sacrm̄: sȝ hic sunt oīa necīa respectu
vtriusqȝ agētis: ꝛ mā ꝛ for⁹ ꝛ itētio ꝛ agēs. g ꝛc. ¶ Et qd̄ di
cit ꝙ si sit virt⁹ diua assistēs tunc ipsa pt p vnū ꝛ p plures
sic sibi placet. dicēdū q h ē bñ veꝝ sȝ tunc nō dȝ distigui
vtꝝ siml' an successiue pferāt qꝛ sic ds pt agere idifferēter
cū vno ꝛ plib⁹ ita cū plib⁹ siml' ꝛ nō sic qꝛ sp sūt eā sine q nō.
Posset. n. ds ordinare ꝙ nō fieret ꝯuersio nisi duo vl tres
pferrēt vba vnus post aliū. ¶ Ad illud qd̄ i [illegible] obicit di
cēdū ꝙ ēt si virt⁹ ē i sacris adhuc possunt ad vnū effcm̄ cō
currere mlta agētia: quoꝝ qd̄lȝ facit totū. Et qñcūqȝ cum
deo vel agēte vli cōcurrūt ptīclare agēs nō ē dicere ꝙ effe
ct⁹ diuidat i duas partes vel tres q̄ȝ glȝ sit ab vna causa
sȝ totū ab oib⁹. In agētib⁹ qdē p se ordinatis h ē necē. Sȝ
i alijs agētib⁹ nō necīo fit p plura qd̄ pt fieri p vnū. Pōt tñ
fieri p accñs vt dcm̄ ē. ¶ Ad 2ᵐ dōm. ꝙ sicut in opib⁹ grē
vnū ꝛ idē opus meritoriū totū ē a diuersis deo ꝛ libo ar
bitrio. q p vnū sufficeret sōs. Et qcqd sit de hoc i opib⁹ nae
ꝯtingit h: vt si calefactibili sūme disposito ad sūmū gradū
caloris eēnt apposita eqlr hic ꝛ ide duo calefactiua eqlia
quoꝝ qd̄lȝ p se sufficeret ab vtroqȝ fieret vnicus gradus: q
restat nec pls nec min⁹ q̄ȝ ab vno solo. Sȝ hoc eēt p accñs
ꝛ nō necīo. Et sic ē i pposito. ¶ Argumenta facta ad pnci
pale nō cogūt qꝛ nō negat si vnus pōt mltas hostias ꝯsecra
re siml' vel successiue q p hoc plures siml' vel successi
ue possint ꝯsecrare vnā qꝛ hō hȝ mltos filios nō mltos pa
tres: ꝛ vnū mobile nō mouet siml' diuersis motib⁹ eiusdē
generis nec vno a plib⁹ pfectis nisi p accñs vt dictum est.
¶ Nec cogit scdm. vbi scīedū q lȝ plres actōes imediate
nō possint hēre simul vnicū terminū qꝛ plres dealbatōes
simul existētes nō sunt ad vnā albedinē tñ plures remote
possent hēre vnū terminū. Vñ i casu q pponebat ē vnica
ꝯsecratio cui⁹ terminus itrinsecus ꝛ imediatus ē ꝯuersio ꝛ
corporis xp̄i pñtia sȝ plres actōes remote. s. platōes vbo
rū quot sūt pferētes ꝛ vba plata q possūt dici ꝯsecratio
nes eo modo quo alteratio dr gnātio: ꝛ multe alteratiōes
concurrunt ad vnā corruptionē ꝛ generationem.

¶ De penitentia. Di. XIIII. a

POst hec de pnīa agēdū est. Pnīa
longe positis a deo necīa est vt ap
propinquent. Est. n. vt ait Iero. se
cūda tabula post naufragium: qꝛ si
qs vestē innocētie i baptismo per
ceptā peccādo corrupit: penitentie remedio re
parare pōt. Prima tabula est baptism⁹ vbi de
ponit vetus hō ꝛ induit nouus. Scda pnīa q
post lapsuꝫ resurgimus: dū vetustas reuersa re
pellit: ꝛ nouitas pdita resumitur. Post bapti
smū p lapsi p penitentiā renouari valēt: sȝ nō p
baptismū. licet hoi sepi⁹ penitere: sȝ nō baptiza
ri. Baptismus tñ est sacrm̄ sȝ penitētia dicit ꝛ

faciē τ virtus mētis. Est n. penitētia interior τ est penitētia exterior. Exterior faciē est: interior virtus mentis est: τ vtraq3 cā salutis est: τ iustificationis. Utrū vero oīs exterior penitētia sit faciēda: vel si nō oīs: q̄ hoc noīe cēsenda sit ꝯsequenter inuestigabim⁹. A pnīa cepit Joannis pdicatio dicentis. Penitentiā agite appropinqbit enim regnū celoꝝ. Q ď aūt precio docuit: illud post veritas pdicauit: exordiū sumēs sermonis a penitētia. Pnīa dicit a puniendo q̄ qs punit illicita q̄ ꝯmisit. Penitentie virtus timore ꝯcipit. Unde Isa. A timore tuo dñe ꝯcepimus τ ꝯpepimus spm̄ salutis. Est aūt penitētia: vt ait Ambro. mala pterita plāgere: τ plangenda iterū nō ꝯmittere. Itē Grego. Penitere ē ante acta peccata deflere: τ flenda nō cōmittere. Nā qui sic alia deplorat vt alia tn̄ cōmittat: adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid. n. pdest si peccata luxurie qs defleat τ adhuc auaritie estibus anhelat. His verbis quidam vehementius inherētes ꝯtendunt vere penitentē vltra nō posse peccare dānabiliter. τ si grauiter peccauerit: verā nō ꝯcepisse penitentiā. Q ď etiā alijs muniunt testimonijs. Ait enim Isa. Irrisor ē τ nō penitens q adhuc agit quod penitet. Nec videt deū poscere subditus sed subsannare supbus. Canis reuersus ad vomitum τ penitēs ad peccatum. Multi lachrymas indesinenter fundunt: τ peccare non desinunt. quosdā accipe lachrymas ad penitētiam cerno: τ affectuz penitētie non habere: q: incōstantia mētis nunc recordatiōe peccati lachrymas fundunt: nunc reuiuiscente vsu ea que fleuerunt iterando committūt. Esa. de peccatoribus dič. Lauamini: mundi estote: Lauatur τ mundus est qui preterita plangit τ flenda iterū nō committit. Lauatur τ non est mundus qui plangit q̄ gessit nec deserit τ post lachrymas ea que defleuerat repetit. Item Augu. Inanis ē penitētia quā seqns culpa coinquiat. Nihil ꝓsūt lamēta si replicanē peccata. Nihil valet veniā a mal' poscere τ mala denuo iterare. Itē Grego. Qui cōmissa plangit nec tamen deserit: pene grauiori se subijcit. Itē Ambro. Reperiunt qui sepius agendā penitentiam putant qui luxuriant in christo. Nam si vere penitentiam in christo agerent: iterandam postea nō putarēt. q: sicut vnum baptisma: ita est vna penitentia. [illegible] aliisq3 plurib⁹ vtunē in assertione sue opiniōis. Sed Ambrosius dicit. Hec vera pnīa ē cessare a peccato. Et idez. Magnus profectus ē renūciasse errori: imbutos enī vicijs aios eruere atq3 emēdare virtutis est perfecte τ co[illegible] gratie: τ ideo sanctita diffiniri potest. Pnīa est virtus qua commissa mala cum emēdationis proposito plāgimus τ odim⁹: τ plāgēda vlterius committere nolumus: q: penitētia vera est in aīo dolere τ odire vicia. Unde illa verba premissa penitere ē añacta deflere τ flenda nō committere: recte sic accipi possunt vt nō ad diuersa tēpora s3 ad idē referuntur: vt. s. tēpore quo deflet commissa mala: nō committat voluntate vel ope flenda. quod innuitur ex verbis ꝯsequētibus. Nam q sic alia deplorat τc. Hec Augu. ait. Cauēdum est ne quis credat [illegible] ꝓhāda illa crimina quod talia qui agunt regnū dei nō possidebunt quotidie ppetranda: τ elemosinis quotidie redimenda. In melius ē n. ē vita mutanda: τ p elemosinas de peccatis preteritis propiciandus ē deus: non ad hoc emēdus quodāmodo: vt ea semp liceat impune ꝯmittere. Nemini enim dedit laxamētum peccandi: τ si miserando deleat cōmissa peccata: si nō satisfactio cōgrua negligatur. Item pius papa nihil prodest homini ieiunare τ orare τ alia religionis opa agere nisi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis sic mentē reuocat vt commissa plāgat: τ plangēda committere nolit: nec satisfacere negligit: vere penitet. Si ideo non est vera penitentia: quia forte non ꝯ proposito: s3 casu: vel infirmitate peccabit. Ille autem irrisor est τ non penitēs qui sic cōmissa plangit vt plāgenda volūtate vel opere cōmittere nō desinat. Ille etiā qui post lachrymas repetit que fleuit lauatur ad tempus: sed mūdus nō est. idest illa mūdicia nō est ei sufficiēs ad salutē: q: est momētanea nō pseuerās. Itē illud Inanis est penitētia quā sequens culpa coinqnat: sic intelligēdum est. Inanis est. s. carēs fructu illius penitētie quam sequens culpa nō coinqnat. Illius enī fructus est vitatio gehēne: ꝯpetio glorie. mortificat enim illa penitētia τ anteacta bona sequens peccatū: vt nō sortiat mercedem quam meruerūt cū fierēt τ quā haberēt si peccatū nō succederet. Sed τ si de peccato succedenti penitentia agat τ pnīa que precessit: τ alia anteacta bona reuiuiscunt: sed tm̄ que ex charitate prodierūt. Illa enī sola [illegible]ta sunt: que ex charitate fiunt. Ideoq3 si per [illegible]quentia peccata mortificātur: per subsequē[illegible] penitētiam reuiuiscere possunt. Que vero sine charitate fiūt mortua τ inania generat: τ ideo p penitentiā reuiuiscere nō valet. Similiter intelligendū est illud. Nihil prosunt lamēta τ

Et illud. Nihil valet τc. Si enim replicantur peccata nihil valet ad salutem vel ad veniā in fine precedens lamentuȝ q2 nihil relinquitur de vite mundicia: q2 aut peccata dimissa redeunt vt quibusdā placet cum replicātur: vel si nō redeunt eis tamen delens pp ingratitudinē ita re⁹ τ immundus cōstituitur: cuȝ adhuc in expiandis implicatur: vt si iā delera redirent. De hoc tamē .s. an peccata redeāt post plenī⁹ agem⁹. Similiter nihil valet ad salutem obtinendam: vel ad mūditiā vite habendā: veniā de male factis poscere: τ malefacta denuo iterare. Ita etiā intelligendū est illud qđ idem Aug. al. bi ait. Penitentia est quedā dolentis vindicta semper puniens in se qđ dolet commisisse τ infra. Quotidie dolendum est de peccato qđ declarat ipa dilectionis virtus. penitere enim est penā tenere: vt semp puniat in se vlciscēdo qđ cōmisit peccando. Ille pena tenet: q semper vindicat qđ commisisse dolet. penitētia ergo est vindicta sp puniens i se qđ dolet cōmisisse. Quid restat nobis nisi dolere i vita. vbi enim dolor finitur: deficit τ penitentia. Si vero pnia finitur quid reliquitur de venia? Tādiu gaudeat τ speret de gratia qādiu sustentatur a penitētia. Dicit eniȝ dominus. Vade τ amplius noli peccare. non dixit: Ne pecces: sed ne voluntas peccādi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur nisi dolor in penitentia continue custodiatur: semper doleat: τ de dolore gaudeat. τ non sit satis q doleat: sed ex fide doleat: τ nō sp doluisse doleat.

¶ Determinatio itelligētie dictoȝ. b

De penitentia perfectorum vel ad salutē
d sufficiēti intelligēdū est qđ supra dixit. s. Penitentia est vindicta semp puniens qđ cōmisit. τ alia huiusmōi. Illud vero Si penitentia finitur nihil de venia relinquitur dupliciter accipi potest. Si enim iuxta quorundam intelligētiam peccata dimissa redeunt: facile ē intelligere nihil de venia relinqui: cū peccata dimissa iteruȝ replicantur. Sicut enim ille qui ex seruitute in libertatem manumittitur: iterum vere liber est τ tamen pp offensam in seruituteȝ postea reuocatur: Sic τ penitenti peccā vere dimittūtur: τ tamē pp offensam q replicatur iteruȝ redeunt. Si vero redire dicantur: sane potest dici etiaȝ q nihil de venia relinquit: non q dimissa peccata iterum imputētur: sed q2 propter ingratitudinem ita reus τ immundus cōstituit: ac si illa redirent.

¶ De solēni τ vnica penitentia. c

